ENGELBERTUS ADMONTENSIS

Klosterneuburg, 1384

Seite 140r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=237
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ps. Priusquam humiliarer ego deliqui etc. vel primum
vel alios in eo quod se plus aliis peccatore estimat.
ps. Factus sum opprobrium inimicis meis valde et timor
notis meis etc. ¶ Tali humiliatus usquequaque non
incepte nisi presumptiose sed nitore et congrue pe
tit quod sequitur. Vivifica me secundum verbum tuum etc. Non
quasi mortuo a spe vite sed quasi iam per fidem vivifica
to et consolato et in caritate radicato petit vel
spem vite secundum Augustinum quia in via adhuc constituti non
nisi spe salvati et beati sumus sicut dicit Augustinus super id
ps. Beati immaculati etc. vel petit spem vite per re
quam in psalmis etc. secundum verbum dei id est promissionem domini. De
vivificatione spei habetur secundum litteram vii. versu ii. De verbo pro
missionis habetur ibidem secundum litteram vi. versu i. ¶ Et notandum
quod humilia sive humilitas cum dicatur dupliciter scilicet active
ut humilitas qua humiliat homo se ipsum et passive
qua homo humiliatur ab alio. humilitas active scilicet illa
qua quis humiliat se ipsum intelligitur illa que est vir
tutis et gratie et per illam est homo humilis in bonis et in malis
in prosperis et adversis. Matthei xv. Discite a me quia mitis
sum et humilis corde etc. Humilitas vero passive intelligitur
illa humilitas qua humiliatur homo in malis et adversis tantum
et illa est triplex scilicet humilitas id est humiliatio culpe. Ps.
¶ Humiliata est in pulvere anima nostra. vel pene. Ps.
Humiliaverunt in compedibus pedes eius. vel pene. i.
Petri v. Humiliamini sub potenti manu dei ut vos
exaltet etc. Unde secundum hoc dicimus quod per istam humiliationem
petit exaltationem cum dicit vivifica me etc. Ex quo
patet quod intelligitur de humiliatione et humilitate virtutis et
gratie et pene et pacientie quia ista sola humilitas meretur
exaltationem. Humiliatio enim culpe id est deiectio qua
quis deponitur ex culpa et in culpa non meretur exalta
tionem sed ulteriorem deiectionem in penam et dampnationem.

Voluntaria oris mei beneplaci
ta fac domine. Postquam ambulavit per
humiliationem in mandatis vivendo et statuendo
custodire iudicia iusticie domine et iuncto perfec
tione humiliationis et assecutione humilitatis petivit
ulterius ad summum perfectionis se vivificari vita spei con
plete in patria vel complende interim in futuro. Sequitur
procedit ad videndum et inquirendum in lumine de lumine
ut ambularet in semitis vel in consiliis perfectionis
de quibus in quibus dicitur Matthei xix. Si vis perfectus esse
vade et vende omnia que habes etc. Dicit ergo. Voluntaria
oris mei etc. quasi diceret. Mandata quidem omnia ad sa
lutem necessaria et statuta custodire volui in primo
federe et pacto precepte baptismalis gratie domino re
nunciando et omnibus pompis eius cum execratione
et abdicatione qui in nominata loco iuvante et fidem
et opera assumpsi et promisi quasi sub pacti lege. De quibus
utique mandatis quia a te sunt imposita et impo
sita non dubito ni sint tibi grata et beneplacita. Sed
quia super denarium diurnum ad supererogandum
in premium aspiro. Ego quasi non necessitate precepti
sed voluntate voti et proposita volo supererogare
aliqua opera et vita quia quam mee sunt voluntatis ac
simul de quibus dubitare potest et certare. Tu fac tibi ea
grata et beneplacita etc. Unde videndum est de votis
qualiter sint voluntaria et quomodo fiant deo benepla
cita et de difficultatibus votorum. Primo quod dicit voluta
ria oris mei quia non solum verba oris sed facta operis
et proposita cordis videntur esse voluntaria. Volun
taria etc. Notandum igitur primo quod libertas voluntatis — libertas voluntatis
duplex est quantum ad presens. Uno modo quantum per sup
posita eius facultate in diversis est adventum
quia parte contradictionis ut sedentem ambulare
vel non ambulare dum utrumque eius potest.
Alio modo ad neutram partem cogitur et ad alteram per
se ducitur ut est voluntas ambulantis vel am
bulationis dum ambulat cum possit equaliter non
ambulare. ¶ Secundum hoc distinguitur multipliciter
voluntas. Est enim voluntas libera simpliciter et